

requiro a venerabili patre domino israele episcopo arosiensi . *quod baldachinum X. marcarum de quo uolo fieri vnam casulam ad altare beate katerine in ecclesia fratrum siktuniensium et omnia funeralia cum omnibus expensis tam in exequiis quam in sepultura et lapidem sepulcri se obliget ad soluendum* Testes autem huius mee ordinacionis sunt Dominus fredericus apud sanctum laurencium. Dominus Benedictus de ecclesia sancti Nicolai. Dominus thýrgilus vicarius dicti domini frederici. Hennika arnnalson holwastus, effrikinus et johannes longus. Exequutores autem huius testamenti constituo venerabilem patrem Dominum israelem episcopum arosiensem, dominum Býrgerum legiferum, et priorem siktuniensem. rogans eos humiliter et deuote vt sic se de predicto testamento intromittant prout saluti anime mee iudicauerint expedire In huius eciam rei robur et euidenciam ampliorem peto sigilla venerabilis patris domini israelis episcopi arosiensis. et domini Býrgeri legiferi vna cum sigillo meo proprio presentibus apponi. Actum siktunie anno domini M^o. CCC^o. XI. sexta feria post festum omnium sanctorum.

Något sigill synes aldrig hafva varit påsatt.

1822.

1311 d. 6 Nov.

Söderköping.

Presten RAGNAR och GOBELINUS af Garten qvittera 200 mark Svenska penningar, som Riddaren Folke Jonsson betalt på sin skuld till Thideman af Linge och Ragnar.

Saml. afskr. i Riks-Arch. Sign. J. 6. fol. 51. v.

Omnibus hoc scriptum cernentibus RAGNERUS presbiter, et GOBELINUS de garten, salutem et cognoscere ueritatem. Recognoscimus per presentes nos, cum integritate habuisse, pariter et leuasse a preclaro milite, Domino Fulcone Jonsson, ducentas marcas denariorum svecorum in quibus idem Dominus Fulco, Thidemanno de Linge, et in [o: mihi?] Ragnero extitit obligatus. In cuius rei Testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Suedercoepie. Anno Domini M. CCC. XI. octauo Jdus Novembris.

Enligt teckningen har sigillet N. 1 varit borta, N. 2 fullständigt.

peto et humiliter rogo ac instanter requiro a venerabili patre domino israele episcopo arosiensi. Quod ipse ex speciali gracia, hoc testamentum meum, intuitu bonorum que a me habuit, dignetur exsoluere. necnon et funeralia cum omnibus expensis tam in exequiis quam in sepultura faciendis. ac de vno baldekino. de quo casulam uellem fieri pro altari beate. katerine in domo fratrum sictunensium, simulque pro meo sepulcro ac vno lapide, prouidere. volo tamen et ordino quod decima pars de bonis meis residuis, tota quam se extendit in solutionem mei testamenti primitus expendatur”.